





*Q. D. B. V.*

EX ARGUMENTO

JURIS ΠΡΟΕΔΡΙΑΣ,

PRÆSIDE

CASP. HEINR. HORNIO,

J. U. D. PAND. P. P. CURIÆ PROVINC. SCA-  
BINATUS, FACULTATIS JURIDICÆ, NEC  
NON JUDICII PROVINC. IN MARCHION.  
INFERIORIS LUSATIÆ ASSESSORE,

*DIE XIII. MAII. A. M. D CC.*

IN AUDITORIO ΙCΤΟΡΟΝ  
publice disputabit

SAMUEL HÆNTZSCHEL.



*WITTEMBERGÆ,*  
Prelo GODERITSCHIANO.

EX ARGUMENTO  
L. D. A. N.  
JURIS P. P. O. E. P. I. A. Z.  
P. R. A. S. I. D. E.

CASP. HEINR. HORNIO.  
J. U. D. P. A. N. D. P. P. C. U. R. I. A. E. P. R. O. V. I. N. C. S. C. A.  
B. I. N. A. T. U. S. F. A. C. U. L. T. A. T. I. S. J. U. R. I. D. I. C. A. E. N. E. C.  
N. O. N. J. U. D. I. C. I. P. R. O. V. I. N. C. I. N. M. A. R. C. H. I. O. N.  
I. N. F. E. R. I. O. R. I. S. L. U. S. A. T. I. E. A. S. S. E. S. S. O. R. E.

D. R. E. X. I. V. M. A. M. M. A. M. D. C. C.  
I. N. A. U. D. I. T. O. R. I. O. J. C. T. O. R. I. U. M.  
P. U. B. L. I. C. E. D. I. S. P. U. T. A. T. I. S.

SAMUEL HENTZSCHEL.



WITTEMBERGAE.  
P. R. E. S. S. O. G. O. D. E. R. I. T. S. C. H. I. A. N. O.



I.

## De præcedentia Doctorum, eorumque lite cum Consulibus civitatis municipalis.



Doctores vera nobilitate gaudere, licet ad posteros non transeat, à multis plurimis rationibus idoneis jam dudum est evictum, ut ita frustaneum sit, in illa nunc asserenda operam collocare. Acerrime quidem contra hanc Doctorum dignitatem Nobilis quidam Megapolitanus G. V. H. (quibus literis Gottlibium von Hagen, autorem illum Ratisbonensis Comitiologiæ, designari creditur) pugnat in Discursu de Natura & Statu Nobilitatis & Doctoratus Juris: verum rationibus magno conatu conquisitis abunde satisfecit *Dn. Itterus de Grad. Academ: cap. X. & XI.* Hæc licet ita sint, usus tamen fert, ut Nobiles genere Doctoribus præferantur. Ea enim nobilitas, quæ & durabilior est, & avitarum propriarumque opum splendore collucescit, & utroque hoc nomine verendam se potentemque ostentat, præ cæteris

cæteris speciebus , faltem quoad externa honorum  
emblemata , jam pridem obtinuit principatum, quem-  
admodum hac de re loqui amat *Dn. Eyben. Elect. Feud.*  
*cap. 8. §. 15.* Quæ tamen omnia cum temperamento  
quodam æqvitatís, & cæteris paribus intelligenda esse,  
nullus dubito. Atque sic non eo pertinere arbitror,  
ut quilibet nobilis puer, adolescens, aut juvenis, in  
sacris præsertim paternis adhuc constitutus, vel etiam  
vir, in obscura villa seu caula vivens, rusticum fa-  
ciens opus, aratrum ducens, & loco armorum ra-  
tes stercorarias tractans, nec virtute nec opibus ful-  
gens, ideo faltem, quod ortus ex gente nobili, Do-  
ctori sit præponendus: quod quanta cum iniquitate  
conjunctum foret, nemo non facile videbit. Multo  
minus id inde confici existimo, Nobili nato, post-  
ponendum esse illum Doctorem, qui splendido quo-  
dam munere fungitur ex Principis voluntate, vel cui  
aliud quid accedit, quod postulet, Doctori tribui  
quandam prærogativam. Quæ tamen in re multum  
etiam usum, interdum & abusum sibi vindicare, nullum  
est dubium. *Confer. Itter: de Grad: Academ: d. l. §. 27.* Quic-  
quid vero hujus sit, illud extra controversiam esse posi-  
tum, existimo: Doctores dignitate & præcedentia  
omnes illos vincere, qui non sunt Nobiles, nisi non-  
nobili munus Doctorale axioma superans, obtige-  
rit, vel nisi consuetudinem & usum aliud exigere, sit  
certum. Cujus usus ratio, & in materia sessionum,  
tantum habenda est, ut, licet aliter jure sit constitu-  
tum, nihilominus obtineat illud, quod longævus  
confirmavit usus. *Gratian: Discept. forens. Tom: I. c. 106.*  
*Andr. Knicb: de Sax: non pro: jur: verbo: Ducum Saxonie.*  
*cap: 2.*

cap. 2. num. 105. pag. 144. Hæc omnia in disceptationem  
venere, cum in nobili quodam municipio Doctores li-  
tem de præcedentia Consulibus, nulla dignitate Aca-  
demica ornatis, moverent. Allegabant enim illi  
Doctorum privilegia, nobilitatisque jura. Hi vero  
nullibi, ajebant, inter privilegia Doctoralia jus præ-  
cedendi Consules civitatum provincialium & quidem  
insigniorum reperiri, atque si vel maxime ex nobilita-  
te proedria deduci posset; usum tamen & observan-  
tiam, cui hæctenus Doctores lubentes cessissent, pro  
Consulibus strenue pugnare. Accedebat in horum  
partibus & illud, quod omnes Doctores sub Jurisdi-  
ctione Magistratus oppidani vivebant, atque adeo &  
hac ratione videbantur Consules capita Magistratus,  
Doctoribus priores, secundum ea quæ habet *Gotbo-  
fred. in tract. de Præcedent. cap. 4. §. 32. num. 1.* Quam-  
obrem Jcti Wittenbergenses, Mense Mart: 1687. non  
dubitarunt pro Consulibus sequentem in modum re-  
spondere:

Ist zwischen euch und denen Burgermeistern zu F.  
Frrung wegen der præcedenz auff öffentlichen  
Zusammenkünfften entstanden.

Wenn nun gleich die Doctor-Würde in Rechten  
sonderliche privilegia hat / die Burgermeister ab-  
ber vor sich nichts anders / als die von langen  
Jahren her eingeführte observanz, vermöge des-  
ren sie denen Doctoribus fürgezogen worden / an-  
zuziehen haben:

Dennoch aber und dieweil ihr dieser Observanz  
selbst geständig / und unter denen Doctoralibus  
privilegiis nicht zubefinden / daß sie eben denen

Bürgermeistern fürgehen solten; in zweifel-  
haften præcedenz-Fällen aber gemeiniglich auff  
die observanz gesehen wird: So erscheinet dan-  
nenhero/ daß ihr euch einer erfreulichen sentenz  
in petitorio nicht zuversichern. V. R. W.

Composita est postea hæc controversia transactione  
amicabili, hac ratione, ut regentis Consulibus partes  
semper essent potiores, illeq; omnes Doctores sive Ju-  
ris sive Medicinæ, sive veteranos, sive novitios, præce-  
deret; reliqui vero Consules atque Doctores locum oc-  
cuparent, quem tempus, quo quilibet suam digni-  
tatem Doctoralem, aut Consularem adeptus, assi-  
gnaret. Verum non omne dubium & hacce ratione  
est sublatum, sed nova potius inde nata litis occasio.  
Contigit enim postea Doctores Juris juniores Consulibus  
non regentibus vivere in isto loco, qui secundum  
legem conventionis sequi debebant Consulares viros.  
Quia vero hos ipsos oportebat cedere Medicinæ Docto-  
ribus veteranis, qui ad dignitatis suæ gradum ascen-  
derant, antequam illi Consules creati essent, perple-  
xitas inde orta, quæ videtur inextricabilis. Si enim  
insistas istis placitis transactionis, necesse est, ut Do-  
ctores Medicinæ, qui vincunt Consulares viros, vin-  
cant etiam eos, quos hi vincunt, Doctores scilicet  
Juris juniores, secundum vulgatam illam regulam:  
si vinco vincentem te, etiam vinco te. *L. 14. ff. de divers.  
temporal. præscr.* Hoc vero absurdum videtur, cum  
generali omnium populorum sententia Jcti Medicis  
præferantur. *vid. Carpzov. Part. 1. Decis. 7. Itter. de Grad.  
Academ. cap. X.* Quod si autem, ceu par est, Docto-  
res Juris præponas Medicinæ Doctori veterano, hic  
deberet



deberet pati , ut ipsum Consularis vir, junior Medico,  
quoque præcederet , quippe qui vincit Doctorem Ju-  
ris, Consulari viro juniorem. Quæ ipsa vero res im-  
pingit in transactionis legem. Hæc perplexitas,  
quomodo possit extricari , ego quidem non video.  
Sed nihil novi est, in argumento præcedentiæ ejus-  
modi inexplicabilia reperiri. Plane si Doctor Juris il-  
lum locum accedens ibi domicilium constituat , seque  
conventioni isti lubens subjiciat , vel si Princeps con-  
ventionem talem confirmet , velletque ut tanquam  
lex publica habeatur : existimarem, eo ipso Doctorem  
Juris juniorem cessisse jure suo in gratiam veterano-  
rum Medicorum , vel Principem immutasse ordinem  
harum Doctoralium dignitatum. Cæterum Do-  
ctorum, qui tempore conventionis in eo loco vixerunt,  
consensum , ordinem inter JCos & Medicos , in  
præjudicium postea advenientium, immutare non po-  
tuisse, pro certo mihi habeo persuasum. Uti etiam mihi  
compertum est, Dd. illos paciscentes, de quibus dictum  
est, inter quos unus JCos erat, duobus senioribus Medi-  
cis ultro cedens, ista in transactione aliis , qui post illa  
tempora locum hunc incolere possent, jus suum salvum  
integrumque esse voluisse , idque diferte formulæ con-  
ventionis apposuisse. *Confer. illustr. Dn. Stryk. Dissert. de  
victo vincente, cap. 2.*

II. De

## II. De præcedentia Rectoris

Substituti.

**C**Um Rectori scholæ oppiduli S. emerito, substitutus esset datus, litem huic movit de præcedentia ejusdem ludi Cantor: qui cum nollet in Ephori sui, locum primum substituto assignantis, placitis acquiescere, causam detulit ad Senatum Ecclesiasticum Wittenbergensem. Verum nec hic fata meliora expertus est. Namque existimarunt Domini, Cantoris desideria parum esse justa, nullaque ratione idonea evinci posse, competere Cantori jus illum præcedendi, qui vices emeriti Rectoris omnibus in rebus, præsertim regenda schola, subiret, atque sic Pro-Rectoris nomen mereretur, cujusque jussui Cantor ipse quoque parere cogebatur. Etsi vero proedriam affectans, id potissimum urgebat, illi substituto nullum jus successionis certum esse, adeoque fieri posse, ut Patronus, vacante post mortem Rectoris munere, Cantori hoc conferret: Nullum tamen inde argumentum, pro decisione præsentis litis fluere, nec incertum istum eventum alleganti proficere, videbatur. Quamobrem ea, quæ Superintendens gesserat hac parte, Sacrum Consistorium rata habuit & Rescripto confirmavit, quo Cantor jubebatur, ut omni in loco, temporeque, etiam extra actus, qui ad Rectoris officium pertinent (de quibus ipsis nullum vel parum dubii erat natum) cederet Rectori substituto, ac huic pateretur

retur

retur jus præcedentiæ illibatum esse. Verba rescripti hæc fuere:

Wann dann billich/ daß der Substitut M. N. N. nicht allein in der Kirchen/ sondern auch sonst allenthalben vor den Cantore die præcedenz habe: Als begehren an statt 2c. Wir hiermit / ihr wollet ersmelden Cantor, daß er den Substituto Rectori die præcedenz allenthalben lassen solle/ bescheiden. Daran 2c. und wir 2c. Dat. W. am 8. Jun. 1698.

Ita ex Doctorum sententia, qui per *c. præcipimus. 26. dist. 93.* in thesi passim concludunt: Vice Rectorem gaudere præeminentia Rectoris *Alexand. de Imola in rubric. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. col. 4. Roman. singul. 367. Abbas Conf. 21. Anton. de Prætis in clypeo pastoral. cap. 6. Baldus in L. aliquando. de offic. Procons. Cæterum de præcedentia Vicarii Episcopi præter tractatum modo citat. de Prætis legi possunt ea, quæ in utramq; sententiam prolixè disputat Menoch. Conf. 52. Crusius de Præcedent. Lib. 2. cap. 20. Et lib. 1. c. 11. n. 13. ubi speciatim differit, utrum subdelegatus delegantis sessionem obtinere debeat. De præcedentia substituti vel vicarii in genere Doctores ad *d. c. 26. dist. 93. Et c. 1. dist. 94. Et c. 7. 11. 33. X. de offic. Et potest. deleg. nec non ad tit. X. Et lib. VI. Decretal. de offic. vicar. agere solent*, alibi que in locis à Menochio allegatis, quorum perplexas hac de re disputationes excutere jam non vacat.*

B

III. Utrum

### III.

## Utrum actus præcedentiæ,

quem antecessor exercuit, in possessorio pro fit successori?

**Q**uemadmodum observantia, quam vocant, optima interpretis, in his, quæ dignitatem tribuunt & nobilitatem, Doctoribus dicitur per *c. cum olim. X. de consuetud. ibique Baldus. Besoldus de Præced. cap. 2. Jac. Gotofred. de Præced. cap. 2. ibique allegati:* ita eo minus dubitandum, lite orta de proedria, quemlibet in possessione vel quasi juris sui esse relinqvendum, donec adversarius jus suum in petitorio probaverit. *c. 3. X. de caus. possess. & propri. Riccius Decis. 131. & 133. Postius de Manutenentia observ. 33.* Vincit ergo in possessorio, qui vel unicum actum allegare probareque potest; cum ex unico actu, alterius patientia accedente, uti aliorum incorporalium, ita & præcedentiæ quasi possessio acquiri possit. *L. 1. §. 4. L. 22. ff. de aqua quotid. & astiv. Mindan. de Interdict. cap. 28. num. 68. Bald. in L. observare. §. antequam in f. ff. de offic. Pro-Cons. Salgado de Somoza de Regia protect. p. 2. c. 9. num. 25. Menoch. Cons. 126. num. 6. Cons. 102. num. 78. Post. Decis. 594. num. 6.* Atque si uterque actus alleget, procul dubio in possessorio ordinario illius, qui antiquiores adducit, quasi possessio vincet. *Carpz. L. 1. Resp. 9.* Sed si de momento possessionis vel quasi disceptetur, ille superior erit, cui novissimus actus contigit præcedendi, *cap. 19. X. de Jur. patron. c. 3. X. de caus. possess. & propr.*

*propr. Gothofred. d. loc. pag. 51. Goldast. in Seniore. Lib. 1. cap. 31. num. 2.* Intellego autem talem actum, qui causam liti non dedit: nam ex eo, qui causam præbet litigandi, nullum commodum hac parte nasci potest, *Mev. Part. 2. Decis. 188. num. 3. Part. 3. Decis. 91.* Sed finge Titium, qui ratione muneris publici jus præeundi Sempronium sibi asserit, nullum postquam muneri impositus est, actum allegare posse, quo jus hocce suum exercitum dicere queat; forte quod occasio defuit jure suo utendi, vel quod ob facta alterius res eo non potuerit devenire. Fac vero porro, antecessorem non fuisse destitutum hoc exercitio, sed semel atque iterum jure isto usum esse. Quæstio hinc ergo oritur: num in possessorio ordinario, vel etiam momentaneo actus illi antecessoris successoris profint? Enimvero absonum primo intuitu videtur, in possessorio pro eo judicare, qui nunquam actum possessorium ipse exercuit: quandoquidem possessoria judicia circa cujuslibet possessionem versantur, imo ex ipsa possessione, ut multi quidem existimant, nascuntur; possessio vero in successorem etiam universalem, secundum notissima juris nostri principia, ipse jure non transit. *L. 23. ff. de A. vel A. P. L. 30. §. 5. eod.* ita, ut semper novo facto, nova apprehensione opus sit. Quod principium juris nec Germania nostra abhorret, sed familiare potius habet, uti tum ab aliis, tum in *Dissert. sub Præs. Magnif. Dn. Ordin. Anno 1693. de hærede ipso jure non possidente*, bene eleganterque est evictum. Quomodo itaque ex possessione actionem sibi dari postulabit, qui nulla unquam gavisus est possessione? *L. 208. ff. de R. J.* Qua ratione retinere posses-

possessionem vel recuperare potest, qui nunquam amittit possessionem? Consequens itaque esse videtur, nec remediis retinendæ, nec recuperandæ hoc casu locum esse. Ad adipiscendæ vero possessionis remedium, si quidem illud ad argumentum præcedentiæ trahere volumus, de quo *Menoch. agit remed. 6. adipis. possess.* huc respici non oportet; cum qui possessionem noviter adipisci conatur, eo ipso fateatur, antecessori nullam fuisse possessionem, vel si fuit, illam sibi eo non prodesse, ut ex ea sine nova apprehensione possessor dici queat, sicque hoc intuitu actus antecessoris illius, cui successit, ad adipiscendam possessionem inutiles sint habendi. Verum hæc apud me id non efficiunt, quo minus pro successore respondendum esse existimem. Et primo quidem illud minus dubii habet, eo casu, si antecessor turbatus dejectusve fuerit possessione vel quasi proedrias, jamque eo nomine ipse moverit litem, successorem eam continuare: imo, si ab eo, cui successit, lis nondum cœpta, remediis; retinendæ vel recuperandæ noviter experiri posse: quandoquidem antecessori qui possessionem vel quasi exercuit, actio talis ob istam turbationem vel dejectionem semel nata, procul dubio in successorem transit. *L. 1. §. 44. ff. de vi & vi armat. Oldendorp. Class. 2. art. 4. q. 6. M. Dn. Swendendorff. ad Ecko't. tit. Uti possidet. §. 10. Mevius. Part. 3. Decis. 92. §. 338. Part. 5. Decis. 288.* Quo posito necesse est, actus illos allegari posse & prodesse agenti, quos ille, qui munere decesit, allegare potuisset, quive ipsi profuisset. Idem vero dicendum esse puto, si turbatio vel dejectio tempore illius, qui decesit ab officio, non contigit, sed intuitu successoris facta est: licet hic dubitatio major esse queat, cum actio-

ne

ne nata antecessoris uti nequeat, sed illa experiendum, quæ ob possessionem successori turbatam vel interversam orta; talis autem, ut supra dictum, deficiente possessione, vix admittenda videatur. Scilicet supponendum hic est, prædium hanc non tam personis, quam dignitati atque muneri coherere, atque possessionem non personæ, quæ munus gessit, sed potius ipsi muneri, quod per modum substantiæ nunquam intereuntis, entis, & personæ moralis concipi debet, esse adquisitam: sic antecessorem & successorem in officio, diversa sint licet subjecta naturalia, tamen pro una atque eadem persona morali, ens illud morale nunquam moriens repræsentante, haberi. Quæ sententia tum ex recta ratione fluit, tum etiam ex c. *Quoniam* 14. X. de officio delegat. probari solet. Abbas ad d. c. *Glossa in c. si gratiam de rescript. in. 6.* Guido Papa Decis. 629. num. 4. Hoc posito, non potest non sequi actus illos antecessoris prodesse successori, vel ut explicatius dicam, allegari posse in commodum substantiæ illius moralis, muneris scilicet, cui præcedentia est asserenda, quod nunquam interiit, licet ab alia atque alia geratur persona. Atque hinc Doctores fere omnes uno ore affirmant, successorem tenere locum, quem tenuere antecessores, atque in eo manutenendum esse. Menoch. Cnos. 51. ibidemque allegati. Rota Romana apud Postium Decis. 656. num. 2. Eadem locum invenire existimo, si non ratione officii, sed prædii, vel territorii præcedentia competat, vel debeatur. Nam & tunc possessio magis rei, quam personæ acquisita censetur, atque adeo licet hæc mutata, rei tamen ablata non censetur, pro qua sententia facit arg L. 3. §. 2. L. 5. §. 2. ff. de actu & itinere privat. L. 2. in ff. si servitus vindicetur.

*tur. L. 1. §. 37. de aqua quotidi & estiv. Menoch. de remed. retinend. num. 76. Quin & si quis rem apprehenderit, censendum est, omnia jura rei annexa apprehensa simul esse. arg. L. 3. pr. ff. de adquirend. vel amit. poss. Iisdem ex fundamentis & hocce fluit, quod quasi possessio præcedentiæ, quam quis obtinuit contra alicujus antecessorem, proficiat contra successorem ad effectum manutenentiæ. arg. L. 3. pr. L. 5. §. 2 ff. de itin. act. priv. Postius de manutenent. observ. 56. n. 29. penes quem successorem jura antecessoris active & passive stare dicuntur. Papa d. Decis. 629. Quibus positis, ea quæ supra adducta sunt, asserto huic non obstabunt: ut taceam illorum sententiam, qui interdicta, vel pro his competentes actiones possessorias, ex possessione, ceu jure in re nasci, opinantur dubiam valde esse, mihi saltem non probari, pro ut alibi dictum; quæ de re fortasse in cathedra dicendi occasio suppeditabitur. Totum hoc argumentum non parum illustrat sequens Collegii cujusdam Juridici responsum, quod subjicere visum est: quamvis id monendum, illam ipsam litem alia ratione fuisse decisam, atque A. in petitorio victorem evasisse.*

Seynd die verordnete S. euers Mittels mit dem A. daselbst wegen des Vorgangs in Irrungen gerathen/ also daß jene diesen ex L. Diffamari C. de Ingen. manumiss. belanget/ es ist aber dieser bey der possess der præcedenz, so lange bis jene ordentlicher Weise ein anders ausgeführet/ durch eine am 12 Jan. erst hin eröfnete Sentenz geschüzet worden/ und ihr wollet / welcher Parthen fundamenta pro obtinenda manutenentione der andern vorzuziehen/ berichtet seyn/

Ob nun wohl der A. des Vorgangs halber nicht allein auf die possess sich beruffen / und solche durch des einen S. eigenes

eigenes



einegenes Attestat, darinnen derselbe / daß der vorige N. die Oberhandt vor ihn genommen / er auch solchen nachgesehen / und nach ihm gegangen sey / bezeiget / darthun wollen / inql. ein Churfl. Rescript von 5. August. Anno 1680. in welchem dem Hoffgerichte wegen dieses zwischen den. N. und denen Str. enthaltenen Præcedenz streits anbefohlen / diese / daß gemeldter N. von der Cammer zu einem R. A. B. vereydet / und dahero seine dependenz habe / und also gleich andere Churfl. Beambten zu consideriren sey / zub. scheiden / 2c. produciret / und dergestalt seine jura so wohl in petitorio, als possessorio deduciret / gestalt solches nach Gelegenheit dieses Falls gar wohl geschehen können.

*Rec. Imp. de Anno 1570. §. damit nun 5 §. seq. Knichen. de Saxon. non prov. Jur. cap. 2. num. 152. Schrad. Vol. I. Conf. 4. num. 257.*

Oder doch die possession durch den titul bestärcken wollen / wie dann ex tituli probatione possessionem magis justam & potiozem haberi dicitur.

*Grat. discept. for. cap. 870. num. 32. Ludovis. Dec. 380. num. 1.*

Allermassen daß ietz angeregtes Rescript in dieser Sache fürnehmlich zubeobachten / scheinen will / weil solches mit denen Regulis Juris communis accordiret / Krafft dessen diejenige Beambten / so von Principe dependiren / allen andern / so ab inferiori Magistratu ihre Ehre und Bestallung haben / vorgezogen werden.

*L. Restituenda 6. in f. C. de Advoc. divers. jud. L. f. ff. de Albo scribend. cap. si. a sede 31. de Præbend. in 6to. Mastrill. de Magistrat. L. 4. cap. 14. num. 51. 5 seqq. Menoch. Conf. 902 Mornac. ex Philostrato ad Rubr. Cod. ut dign. ord. servet. Joh. de Salozzan. de Gubernat. Indiar. L. 2. c. 29. n. 13.*

Also

Also der Beambte Juris assistentiam vor sich hat / quæ plurimum solet attendi ad effectum manutentionis.

*Cap. cum Persona 7. C. de privil in 6to. Marefcott. Libr. 1. Cap. 11. per tot. Oliv. Bettram. ad Decif. Rot. Rom. Decif. 312. num. 4. Ludov. Post. de Manutement. Obs. 45 per tot.*

Wie dann hierwieder das an Seiten der S. vorgelegte Churfl. Rescript von 23. Martii Anno 1674. nicht attendiren zuseyn scheint / ungeacht dessen in dem leytern keine Erwehnung geschehen / in dem dieses posterius & speciale cum rejectione exceptionum alterius partis,

*Cap. ex parte 13. vers. nisi exprimat x. de offic. delegat C. 1 C. pastoralis 14. §. quoniam. X. de Rescriptis.*

Dann / so viel ferner die possess belanget / solche durch des einen S. eigene confession in dem ertheilten Attestat beygebracht / probari autem possessionem posse ex confessione & scriptura privata, constat ex trad.

*Borgnin. Cavalcan. Decif. 432. num. 1. Burratt Decif. 330. num. 1.*

Daß auch des einen S. factum und Beständnis denen andern præjudicire / videtur asserendum ex iis quæ habet.

*Oliver Scraphin Decif. Rot. 1427.*

Wie dann insonderheit zu consideriren / daß das Attestat auff einen gewissen Actum eingerichtet ist / dargegen der andere Parth de actu receniore in contrarium in specie keine Bescheinigung hat / unico autem actu possessio præcedentiæ acqviritur.

*Gratian. cap. 845. num. 5. Anna allegat. 95. Aloys. Ricc in Prax. Episcop. Dec. 584. Rota Rom. ap. Post. Decif. 594. num. 4. § 6.*

Et

Et manuteneri debet possessor in jure præcedentiæ  
in statu ultimo, in quo tempore litis reperitur.

*C. cum Ecclesia X. de caus. poss. ff. & propr. Seraphin d.  
Decis. Ricc. Dec. 131. & 133. per tot. Post. d. tr. Obs. 33.  
per tot.*

Und wenn gleich nicht der ietzige N. sondern seine Vorfah-  
ren diesen actum excerciret / so kombt er doch dem successori  
zustatten / quia penes illum dignitatis stant jura active &  
passive.

*Gvid. Pap. Decis. 629. num. 1. & seqq. Mar. Anton. Mae-  
rat. L. 1. resol. 112. Cap. 57. Rot. Rom. ap. Post. Decis. 656.  
num. 2.*

Es will auch nach Gelegenheit des possessorii summaris-  
simi auff die impugnation das in vidimirter Copey produ-  
cirten Rescripts sub C. wie auch des attestirenden Zeugens  
nicht zu reflectiren seyn / cum impugnatio scripturarum,  
& exceptiones contra personas testium in hoc judicio  
non attendantur.

*Menoch ret. remed. ult. num. 41. seq. Capyc. Decis. 55.  
num. 4. & seqq. Buratt. Decis. 360. num. 5.*

Dieweil aber dennoch die S. durch zweyer vermittelst Eys  
des abgehöretter Zeugen Aussage so viel dargethan / daß sie und  
ihre Vorfahren bey Leichen-Processionen / Hochzeiten und  
andern ehrlichen Zusammenkünfften in gehen und sitzen  
über die N. derer die Zeugen drey angegeben / von langen Jahren  
bis hieher gehabt / hiernechst denenselben zustatten kombt / daß  
sie angeregte possess vormahls albereit dociret / und hiez  
auf / wie auch audita altera parte durch das Churf. Decisiv-  
Rescript von 23. Mart. Anno 1674 darbey geschützet worden /  
Præfertur autem in manutentione possessor, qui probat  
anteriorem & antiqviozem possessionem, cum præsentem  
in

C

in

in concursu possessionis posterioris, cum illa præsumatur justior, hæc vero clandestina & turbativa.

*C. licet causam X. de probat. ubi Gl. & Panormitan. n. 35. Covarruv. pract. qu. c. 17. num. 6. Hieron. de Monte tr. fin. reg. cap. 67. n. 2. & seqq. Gail. de pignor. Observ. 3. num. 8. Menoch Retin. Rem. 3. n. 725. & seqq.*

Und dieses umb so viel mehr/ weil auff dieser Seite nicht allein mehr Zeugen/ und welche jurato deponiret/ sondern auch der titulus älter als Segentheils/ und besser erwiesen/

*L. 3. §. 2. & L. 21. §. fin. ff. de Test. Matth. de Afflictis Decis. 363. num. 2. Menoch. Arbitr. Jud. Quæst. cas. 526. num. 10. Cyria. Controv. l. 1. Controv. 10. num. 27. Viv. L. 3. Dec. 411. num. 11. Tusch. in V. Possessio Conclus. 430. num. 11. & 17. Virgin. de Bocat. de interdict. uti possidetis c. 9. num. 11.*

Hingegen hat der A. einen einzigen Zeugen/ so ohne Eyd und in Schrifften attestiret/ und welcher sich zu corrigiren erbitthet vor sich. *Quæ causa judicialiter cœpta nihil probat.*

*L. 21. §. f. ff. d. Test. cap. Licet & c. in literis X. eod. Felin. in C. nostra X. eod. num. 6. Cachéran Dec. 128. Wesenbec. l. 1. Conf. 19. num. 19. Argentorat L. 1. Conf. 2. num. 142. & seqq. Post. d. Tr. Obs. 84. num. 3. & seqq.*

Zumahl da wieder diesen Zeugen/ daß er seine Pflicht sonst nicht beobachtet in continenti auszuführen/ quamvis enim de fide testium in summariissimo partibus disputare non permittatur, id tamen fallit in probatione privilegiata per unicum testem, & in concursu probationum: tunc enim Judex ad aptiora & magis sincera testimonia respicere debet.

*d. L. 3. & L. 21. ff. de Test. & ibi Dd. Post. cit. tr. Obs.*

*70. n. 6. & 7.*

Fället also der Beweis wegen der possess an dieser Seite gänglich hinweg / nec sine possessione titulus est attendendus, nec hic, si est posterior antiquiori possessione.

*Post obs. 71. num. 31. & seqq.*

Wenn nun gleich des einen S. factum, das er den vorigen A. gewichen / wie recht zu erweisen stünde / würde es doch denen andern nicht præjudiciren / weil derselben Wissenschaft und patientz ermangelt / und sie sich niemahls pro spoliatis gehalten / sondern ihre possess continuiret.

*Jac. Put. L. 2. Dec. 419. n. 2. Rot. Rom. post Tract. Post.*

*571. num. 8.*

Wie dann auch des A. titul zur Sache wenig helfen kan / weil das Rescript sub C. bey dem Judicio dahin es gerichtet / originaliter nicht zubefinden / niemahls expediret / auch ein Jahr nach des Provisionati Tode ertheilet worden / quando autem nullitas adeo clara & evidens est, ut non egeat probatione, illius allegatio retardat manutentionem.

*Ludovic. Cencius de Censit. q. 91. n. 22.*

Lezlich so hat der A. auf die Kayserslichen Rechte sich nicht zuberuffen / cum ex usu & consuetudine causæ præcedentiarum soleant terminari, prout in Concilio Tridentino & Diæti Imperialibus decisum.

*Besold. de Præced. cap. 2. Johann Baptist. Larrea allegat.*

*Fisc. 51. num. 33. & alleg. 52. num. 19. ubi plurimos refert.*

Alles nach mehrern Inhalt der überschickten facti speciei, Beylagen und eurer Fragen /

So werden auch die S. zu N. bey der possess vel quasi des Vorgangs vor dem A. daselbst billiger geschützet / B. R. W.

C 2

IV.

## IV.

De præcedentia Doctorum in-  
tuitu Superintendententium & Præfectorum.

**E**X principio, quod supra quæst. II positum est, Doctores dignitate & præcedentia omnes illos vincere, qui non sunt Nobiles, nisi nonnobili munus Doctorale axioma superans, obtigerit, vel nisi consuetudinem & usum aliud exigere, sit certum; varia quæ sita posse decidi, nullum est dubium. Atque ideo non dubitarunt Juris peritissimi & exercitatissimi Scabini Lipsienses, cum de præcedentia inter Doctores ac Superintendentes, nec non Præfectos (*Ambtleute / Schöffer*) quæreretur, pro Doctoribus M. Octobr. 1683 respondere, prout ex Responso quod adjecimus illorum elegantissimo, satis apparet. Et quidem, quod ad Præfectos attinet, res non adeo multum dubii secum fert, praxinque constantem harum regionum, ac stylum Curiaæ abunde Doctorum præcedentiam munire, satis notissimum est. Nam licet Præfectis officia a Principibus, qui territoriis præfunt conferantur, negandumque non sit, Principis officiales aliorum officialibus præferendos esse; gaudere etiam ejusmodi officiales pro conditione & qualitate munerū, quibus impositi, sua dignitate, nec defraudandos esse honore, qui officio debetur: non tamen id eo trahendum est, ut existimemus omnes officiales Principis omnibus aliis, quacumque dignitate polleant esse anteposendos. Hoc enim si foret, & illi, qui vilissima in aula

la

la Principis ministeria præstant, Nobilibus & Doctoribus præferri deberent. Quod quanta cum absurditate conjunctum, nemo non videt. Itaque discrimine hic quodam opus est, atque æstimandum, quo loco munus à Principe collatum, vel natura sua, vel Principis ex voluntate, vel etiam ex usu sit habendum. Ex nullo autem horum id confici potest, munera istorum Præfectorum Doctorale superare axioma. Namque primo tantum ab est ut jura dignitatis Doctorum juribus superiora illis concessa ullibi legamus, ut potius nec nobilitatis nec alia Doctorum privilegia officialibus illis tribui certum sit. Porro nec Principes præfectos Doctoribus præponi volunt, vel præjudicium fieri dignitati ab ipsa Cæsarea Majestate Doctoribus concessæ, & in Constitutionibus universalibus Imperii asseræ. Id quod ex Legibus provincialibus, ex quibus nostram *Ordinationem Polit. tit. 22. §. 12. seqq.* allegare placet, tum etiam ex Rescriptis Principum, quæ Doctores Præfectis anteponunt, luculenter probari potest. Atque sic nec etiam usus & observantia generalis Doctoribus obest, quippe quæ hætenus probatione destituta. Plane si usus hoc vel isto loco aliud exigat, in eo merito est acquiescendum. Maximam enim vim usum in hisce rebus sibi vindicare, certissimum est, atque jam supra dictum. Adquam sententiam cum lis inter Doctores & Præfectos orta, Collegia Wittenbergensia etiam respondisse memini. De Superintendentibus major dubitatio esse potest. Hi enim Ecclesiastica dignitate pollent, quæ ut alibi dictum, nisi insignis disparitas adsit, aut exceptio ex jure vel consuetudine allegetur, secula-

ri præfertur. Negandum etiam non est, Superintendentes Episcopos esse, & quidem tales, qui quam proxime accedunt ad illos, qui in ecclesia veteri & primitiva habebantur. Et licet apud nos Evangelicos jura episcopalia, quibus Episcopi inter Romanæ ecclesiæ addictos gaudent, non habeant, nec Jurisdictione proprie sic dicta utantur, ob ὑπεροχὴν tamen illam & auctoritatem, qua intuitu reliquorum Ecclesiæ ministrorum, ex voluntate Principis, cui jus circa sacra competit, polent, insigni quoque honore & prælatione digni æstimari debent. Cui rei praxis constans Consistoriorum accedit, quorum rescripta, quæ ad Superintendentes & nobiles mittuntur, si inspicias, intelliges illos, licet nulla dignitate Academica, saltim Doctorali non ornatos Nobilibus gente etiam, nisi major dignitas officii concurrat, semper anteponi; quicquid ab hisce sæpius in contrarium fuerit allegatum. Nec forte differentiam inter Superintendentes, pro ut majori vel minori Diœcesi impositi, admittet, qui legerit Hieronymi locum in Epist. ad Evagrium. relatum in Decret. Gratiani. *c. legimus 24. dist. 93.* cum illis, quæ habet *Gratianus Discept. forens. cap. 545. num. 37.* aliique quos in partes vocat, *Gotthofred. de Præcid. p. 1. cap. 3. §. 19.* Sed tamen nihilominus ex principiis supra adstructis, Doctorum Jus potius esse censuit laudatissimus Scabinatus Lipsiensis. Ego hanc disceptationem jam in medio relinquo, alio forte tempore istam plenius excussurus. De cætero nisi quis cogitet de rebus certissimis sæpe dubitari, mirari posset, quæsitum fuisse, utrum collegia Juridica de rebus

rebus



rebus ad præcedentiam pertinentibus respondere  
queant? quæ quæstio sane Domitianæ haut absi-  
milis videtur. Cum enim Jcti officium in applican-  
do leges ad factum tam late pateat, quam late le-  
ges ambitum fortiuntur, nemo dubitare potest, de  
omnibus factis, de quibus leges latae, utrum his  
convenient nec ne, Jctum sollicitum esse, & respon-  
dere posse, ad cujuscunqve judicis cognitionem res  
illa alias spectet. Postquam itaque & leges de jure proe-  
drias latae sunt, iisque civitas utitur, nec exceptio  
â regula, quam dixi, hætenus allegata probatave,  
consequens est, collegiorum Juridicorum facultatem  
hac parte nullam pati restrictionem.

Ist in einer Churfl. Sächsl. Land- Stadt dem Obristen  
Diacono, welcher vor 5. oder 6 Jahren von der Univer-  
sität / wo er den Gradum Magisterii erlanget / in selbiges  
Ministerium gekommen / die Suprintendur unlängst auff-  
getragen worden / welcher nunmehr vor denen Doctoribus  
Juris und Medicinæ insonderheit euer Person / so an selb-  
igen Orthe zum Physico Ordinario bestellet / die Præcedenz  
suchet / und will sich eusein / daß zu nachfolge der Churfl. Ambt-  
Schöffer daselbst dergleichen prætendiren möchte / daher ihr /  
ob solches mit Zug geschehe / wie auch / ob die Præcedenz Sa-  
che eine solche Materia Juris sey / darüber unser Collegium  
Responsa zuertheilen Recht und Macht habe / und solche da-  
rumb / daß sie alhier gegeben / man mit Recht verwerffen / und  
ungültig achten könne? berichtet seyn wollet.

Ob nun wohl der Streit über der præcedenz zwischen  
privat Persoan fürnehmlich zu des Principis Ausschlag /  
als von dem alle dignitäten herfließen / und daher die Richt-  
Schnur

Schnur und Erläuterung des gegönneten beneficii zuneh-  
men / gehöret / und eines Juristischen Collegii Ausspruch /  
wenn er nicht durch des Richters Jurisdiction, oder der  
Partheyen Verwilligung unterstützt wird / keinen noth-  
wendig obligiret / hiernächst das Ambt eines Superin-  
tendentens von der hohen Obrigkeit / welcher die Jura  
Episcopalia zustehen / dependiret / und dadurch in vielen  
Dingen die vices Episcopi auffgetragen / auch hierzu  
vermuthlich solche Personen / derer sonderbare Qualitä-  
ten und meriten dergleichen würdig / gebraucht worden als  
so diese ohne deshalber auff Universitäten erlangten chara-  
cter einen Vorzug und veneration verdienen / denn  
der Ambt = Schöpfer sein officium und daher erwachsene  
dignität gleichfalls von den Landes = Fürsten trägt / ihr  
hingegen das Physicat von der Unter = Obrigkeit und der  
Stadt erlanget / und des Principis officiales regulariter  
allen andern vorzuziehen. Diweil aber dennoch die Ent-  
scheidung des streitigen Vorsigens daher nöthig / damit auch  
hierunter einen jeden das Seinige zugetheilet / allen Ver-  
gernüssen und Thätigkeit vorgebauet / und allenthal-  
ben Friede / Einigkeit und der gemeine Nutz befördert  
werden / welches alles zu dem Ambt eines Juristen gehöret /  
hierüber die Kaiser = und Päpstlichen = Rechte der præce-  
renz halber vielfältige Vernehmung thun / und fast nirgends  
mehrere und sichere principia, als daraus / dieses puncts hal-  
ber zuschöpfen ein jeder auch // bey dem die Ehr. Sucht die  
Schranken des gemeinen Rechts und Vernunft reguln  
nicht übersteiget / solchen principis sich willig unterwirffet  
und der Churfl. S. Schöpffen = Stuhl aus hoher Landes =  
Fürstl. Concession de jure respondiret / ferner der Gra-  
dus

V04



